

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

magnificabit super te deus israel .

Capitulum .xiii.



Dixit autem iudith ad omnes populum
Audite me fratres. Suspendite ca-
put hoc super muros nostros: et erit cum
exierit sol: accipiat unusquisque anima
sua et exite cum impetu: non ut descendat deorsum
sed quasi impetu facientes. Tunc exploratores ne-
cesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum
ad pugnam. Cumque duces eorum decurrerint ad ta-
bernaculum holofernis: et inuenerint eum truncum
in suo sanguine volutum: decedet super eos ter-
ror. Cumque agnouerint fugere eos inter primos illos
securi: quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris.
Tunc achior videns virtutes quam fecit deus israel re-
lictis gentilitatibus ritu credidit deo: et circumcidit
carnem prepucii sui: et appositus est ad populum israel: et
ois successio generis eius: usque in hodiernum diem.
Mox autem ut ortus est dies: suspendit super mu-
ros caput holofernis: accepitque unusquisque vir
arma sua: et egressi sunt cum gradibus strepitu et
vlulatu. Quod videntes exploratores: ad taber-
naculum cucurrerunt. Porro hi qui in tabernaculo
erant venientes et ante ingressum cubiculi prestrepens-
tes: excitati gratia in quietudinem arte moliebantur:
ut non ab excitantibus sed a sonantibus holofernis
euigilaret. Nullus enim audebat cubiculum
virtutis assiriorum pulsando aut intrando aperire.
Sed cum remississet ei duces ac tribum et universi
maiores exierunt assiriorum: dixerunt cubiculariis.
Intrate et excitare illuz: quoniam egressi muros de-
caumis suis ausi sunt provocare nos ad prelium.
Tunc ingressus vagans cubiculum eius stetit ante
cortinam: et plausum fecit manibus suis: suspicabat-
ur enim illum cum iudith dormire. Sed cum nullum mo-
tum iacentem sensu aurium caperet: accessit primas
ad cortinam: et elevans eam vidit cadaver absque ca-
pite holofernis in suo sanguine tabefactum iacere
super terram: exclamavit voce magna cum fletu: et
scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernacu-
lum iudith non inuenit eam. Et exiit foras ad
populum: et dixit. Una mulier hebreæ fecit confusio-
nem in domo regis nabuchodonosor. Ecce enim
holofernes iacet in terra: et caput eius non est in illo.
Quod dum audisset principis virtutis assiriorum:
sciderunt omnes vestimenta sua: et intollerabilis timor
et tremor cecidit super eos: et turbati sunt animi
eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis

no potest
virtutis

in medio castrorum eorum. Ca. .xv.



Dixitque omnis exercitus de collatum holo-
fernæ audisset: fugit mens et consili-
um ab eis: et solo tremore et me-
tu agitati fugerunt per fidium humum: ita
ut nullus loqueretur cum proximo suo: sed inclinato capite
relictis omnibus eadem festinabant hebreos: quos a-
matos super se venire audierant: fugientes per vias
castrorum et semitas collium. Videntes itaque filii
israel fugientes secuti sunt illos: descendentque cla-
gantes tubam et vlulantes per ipsos. Et quoniam assirii
non adunati in fugam ibant precipites: filii autem israel
vno agmine persequentes: debilitabant omnes quos
invenire potuissent. Misitque ozias nuncios per omnes
civitates et regiones israel. Dis itaque regio: om-
nisque urbs electam iuventutem armatam misit per
eos: et persecuti sunt eos in ore gladii quousque per-
veniret ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem
qui erant in bethulia: ingressi sunt castra assiriorum:
et per dies quam fugientes assirii reliquerant abstu-
lerunt: et onustati sunt valde. In quo die victores
reversi sunt ad bethuliam: omnia queque erant illorum ab-
stulerunt secum: ita ut non esset numerus in pecoribus
in iumentis et universis mobilibus eorum: ut a mi-
nimo usque ad magnum omnes divites fierent de pre-
dacionibus eorum. Joachim autem summus pontifex de
iherusalem venit in bethuliam cum universis presbiteris su-
is: ut videret iudith. Que cum exisset ad illuz:
benedixerunt illam omnes una voce dicentes. Tu gloria
iherusalem: tu leticia israel: tu honorificentia populi no-
stri: quod fecisti viriliter et confortatum est cor tuum eo quod
castitate amaveris: et per viam tuam altorum ne-
scieris: ideo et manus domini confortavit te: et ideo
eres benedicta in eternum. Et dixit omnis populus fiat
fiat. Per dies autem triginta vix collecta sunt
spolia assiriorum a populo israel. Porro autem universa
que holofernis peculiariter fuisse probata sunt: dede-
runt iudith in auro et argento et vestibus et gemis
et omni suppellectili: et tradita sunt omnia illi a po-
pulo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus
et virginibus et iuvenibus in organis et tibiarum.

Curis in gloria ab istis
Judith iste datus

Capitulum .xvi.



Dixitque cantavit canticum hoc domino iudith
dicens. Incipite domino in tympanis:
cantate domino in cybalis: modulami-
ni illi psalmum novum exultate et in-
vocate nomen eius. Dominus sterens bella: dominus no-
men est illi: qui posuit castra sua in medio populi